



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Temptari permittit Deus homine[m] quinque de causis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

num mihi in tribulatione magna amplecti te, in camino habere te mecum, quam esse sine te uel in caelo. Secundum est aeternae poenae euasio. cum homo ab his praemittitur, tunc ab his liberabitur. Gregorius. Durum non estimes esse quod pateris, dum exterius cruciatibus ab interna passione liberaris. Tertium remedium est, aeterni praemij remuneratio. Greg. Consideratio praemij, minuit uim flagelli. Isidorus. Qui uitae futurae praemia diligenter excogitat, mala omnia uitae praesentis aequanimiter portat.

Grego.

Grego.

Grego.

Isyd.

Grego.

*Temptari permittit Deus
hominem quinque
de causis.*

Prima est, ut homo ad eum redeat. Isa. Domine in angustia requisierunt te, et c. Psal. Imple facies eorum ignominia, &c. Gregorius. Tribulationes, quae nos hic praemunt, ad deum nos ire compellunt. exemplum de columba, quae non inueniens ubi requiesceret pedes eius, reuerfa est in archam. Secunda, ut de peccatis suis amplius doleat. Gen. Dixerunt fratres Ioseph; Merito haec

Isa. 26.

Psa. 82.

Grego.

Gen. 42

CHRISTIANA

patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum; et tunc leuius pœnam portat cum considerat malum pro quo portat.

Isydo.

Isidorus. Vnusquisq; autem tunc leuius portat quod patitur, si sua discussit mala, pro quibus illi inferatur retributio ista. Tertia vt imperfectionem suam melius cognoscat.

Grego.

Grego. Qui foris exire per laudes potuit, compulsus contumeliis ad se redit. Nam si quis adiutorem fortem habet in opere, eo sublato melius cognoscit suam imperfectionem.

Grego.

Grego. Magna perfectio est suæ imperfectionis cognitio. Vnde Psal. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum &c.

Psal. 29.

Sed vt te mihi ostenderes, aueristi faciem tuam à me, &c. Quarta est, vt homo de suis meritis non præsumat.

2. Co. 12.

Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me &c. Hie. 3. Castigabo te in iudicio, vt nõ videaris tibi innoxius.

Hier. 3.

Quinta est, vt hominem erudiat. Hier. 31. Castigasti me & eruditus sum. Deut. 8. Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus deus erudit, &c.

Hier. 31

Deut. 8. Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus deus erudit, &c.

Deut. 8.